

VII. ALTINO ARIMINVM.

Mansiones Altino Ariminum enumerantur in solo itineraio Peutingerano sic:

Altino
| XVI
ad portum
| III
maio Meduaco
| VI
mino Meduaco
| VI
Eurone
| XVIII
fossis
| VI
VII maria
| VI
Radriani, *id est* Atria (v. p. 221)
| VI
Corniculani
| ...
Naroma
| IIII
Sacis ad Padum
| XII
Augusta
| VI
Butrio
| VI
Ravenna
| XI
Sabis
| XI
ad novas
| III
Rubico fl.
| XII
Arimino

De via quam P. Popillius C. f. cos. a. u. c. 622 teste titulo n. 8007 fecit ab Arimino certe Atriam, fortasse ulterius ad Altinum Aquileiamve, dixi in musei Rhenani vol. 10 p. 141 seq. De parte viae Altino Atriam supra egi p. 219, de secunda Atria Ravennam p. 225. Ab Atria Ariminum quod numerantur in itineraio supra relato milia LXXI, ut praeterea statio una desideretur, id recte convenit cum eo, quod lapis miliaris LXXXI n. 8007 ad Atriam repertus est. Milia apparet numerari ab Arimino. Altino ad Atriam numerantur hodie m. p. XLVI, ut in his Peutingerana habens m. p. LXI iustum numerum aliquo librarii errore excedat, Atria Ariminum milia p. LXXXV, fere ut a Romanis via ea computabatur. — Adieci titulum hodie servatum Ferrariae originis ignotae.

8004 fragmentum columnae ex longe pulcherrimo versicolori maculoso marmore Altini repertae, deinde Patavii in domo Rhamnusia RAMUS. Apud Contarenos GRUT., quibus insciis lapis coniectus est in aedium fundamenta URS.

D N I M P C E S A R I
F L C O N S T A N T I N O M A X I M
P I F V I C T O R I A V G
P O N M A X I M O T R I P X X I I I a. 323
5 I M P X X I I C O N S V I I
P P P R O C O N S
H V M A N A R V M R E R V M
O P T I M O P R I N C I P I
D I V I C O N S T A N T I F I L I O
10 B O N O · R · P · N

Ramusius in add. ms. ad Scardeonium p. 85 et in libris Marc. 16, Barb. 10; inde Pinellius (qui ad hunc librum significat vidisse se, sed conferre non sic ut vellet potuisse) cod. Ambros. I 230 inf. extr. et apud Grut. 285, 3. Ex Grutero repetierunt Ursatus 1652 p. 322, 1678 p. 91 et Furlanettus p. 59 n. 69. Habemus igitur descriptam ab uno Ramusio, sed diligenter.

4 MAX Ramusiana, sed MAXIMO Ramusius ipse apud Scard. et qui recognovit cod. Barb. — 10 pro BONO qui recognovit Barb. reposuit } ONO.
Andreas Mantegna in tabula, quae repraesentat Iacobi apostoli apud iudicem examen, quam proposuit tituli partem

A V C / / / / /
R O M / / C /
V M A N / / F /

feri potest ut ex hac columna miliaria vel ex similium n. 8011. 8041 aliqua desumpserit.

8005 columna miliaria in vico *Terzo* prope Altinum [IVD p. inde Ariminum versus] in fundo Patrum Certosinorum Venetorum nuper rep. et statim in fundamenta monasterii coniecta TEMANZA.

P P pro cons
h u M A N A R u m r e r u m
o p t I M O P R I n c i P I
d i v i · C O N S T A N T I · F I L I O
5 B O N O · R · P · N A T O

Temanza territorio di S. Ilario (Venet. 1761. fol.) p. 21 (inde Filiasi *sagg.* 1, 260, *mem.* 3, 235 ed. I, 2, 221 ed. II), cui dedit Balbus Tomai qui vidit. — Filiasi *saggio* 1, 253 haec habet: 'Vicino a *Terzo* ed alla Torre antica dell' Abbazia di S. Elena s'incontrano ne' campi de' quadri di città, ed una grossa colonna di marmo rosso vidi in una rustica casa, che una iscrizione tiene in caratteri Romani, ma troppo rosi per poterli rilevare. Poco più oltre verso le Lagune altra pietra s'incontra, che mostrà pure una rosa iscrizione, ora rovesciata in un fosso, sopra la strada che a *Terzo* conduce.'

Exple ad n. 8004.